ri jubet Apostolus, (1. *ad Tim.* 5.) *ut neque congrua ipsis se sustentandi ratio suppetat*, *& templa suis ornamentis nudata squaleant*, *pauperes*, *quorum illi sunt parentes*, *ab inopia & egestate*, *qua miserrime conflictantur*, *nequeant sublevari*; *haec*, *atque alia incommoda in dies serpere*, *& manare latius*, *nec ullum inveniri iis remedium*, *nisi immunitatibus illis sublatis*, *quae quidem privilegio & consuetudine sint innixae*; *id genus immunitatibus se ipsos privari exposcere*, *quo aequabilitas juris servetur*; *eamque jacturam caeteri minus gravate ferant. Nos igitur Carolo Regi atque Episcopis adeo & Clero Hispaniarum justa petentibus*, *tamque magno opere rogantibus*, *re diu*, *multumque deliberata negare haud posse existimavimus. Itaque supplicationibus ejusdem Caroli Regis Catholici Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati*, *immunitates omnes à solutione decimarum privilegio*, *aut generali aut speciali concessas à praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus*, *vel ab aliis eorum nomine*, *& auctoritate*, *quibuscumque ver-*

ven bien, y trabajan con su predicacion y doctrina (á quienes el Apostol en la Carta primera á Timoteo cap. 5. dice, que se les tenga duplicado honor) que su renta no es cóngrua para mantenerse, que los Templos carecen de sus ornamentos, y que por la pobreza y necesidad que miserablemente padecen, no pueden socorrer á los pobres de quienes son padres: estas y otras incomodidades se aumentan y extienden mas cada dia, y no se halla remedio ninguno para ello, sino el suprimir aquellas exênciones que se fundan en privilegio y costumbre, y piden que se les prive á ellos mismos de este género de exênciones, para que se observe la igualdad del Derecho, y los demas lleven á ménos mal el sufrir esta pérdida. Nos despues de haber considerado con madura reflexîon y por dilatado tiempo este negocio, hemos juzgado que no podemos negar al Rey Cárlos, y á los Obispos y al Clero de España lo que nos piden justamente, y lo ruegan tan encarecidamente; y por tanto condescendiendo con las súplicas del mencionado Cárlos, que nos han sido hechas humildemente sobre esto, por estas presentes Letras, que han de valer á perpetuidad,